

Universitätsbibliothek Wuppertal

Titi Livii Patavini Historiarvm Libri Qvi Svpersvnt Omnes

Livius, Titus

Mannhemii, 1780

Epitome libri XXXI

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1309](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1309)

EPITOME
LIBRI XXXI LIVIANI

BELLI adversus Philippum Macedo-
niæ regem, quod intermissum erat, repetiti
causæ referuntur hæc. Tempore Initiatorum
duo juvenes Acarnanes, qui non initiati
erant, Athenas venerunt, & in sacra-
rium Cereris cum aliis popularibus suis
intraverunt. Ob hoc, tamquam nefas sum-
mum commississent, ab Atheniensibus caesi
sunt. Acarnanes, mortibus suorum com-
moti, ad vindicandos illos auxilium a
Philippo petierunt. Paucis mensibus post
pacem Carthaginensibus datam, quingen-
tesimo quinquagesimo anno ab urbe condi-
ta, quum Atheniensium, qui obsideban-
tur a Philippo, legati auxilium a senatu
petissent, & senatus id censuisset feren-
dum, plebe, quod tot bellorum continuus
labor gravis erat, dissentiente, tenuit
auctoritas Patrum, ut sociæ civitati ferrè

opem populus quoque juberet. Bellum id P. Sulpicio consuli mandatum est : qui, exercitu in Macedoniam ducto, equestribus præliis cum Philippo prospere pugnavit. Abydeni a Philippo obsessi, ad exemplum Saguntinorum, suos seque occiderunt. L. Furius prætor Gallos Insubres rebellantes & Hamilcarem Pœnum, bellum in ea parte molientem, acie vicit. Hamilcar eo bello occisus est, & millia hominum triginta sex. Præterea expeditiones Philippi regis & Sulpicii consulis, expugnationesque urbium ab utroque factas, continet. Sulpicius consul, adjuvantibus rege Atzalo & Rhodiis, bellum gerebat. Triumphavit de Gallis L. Furius prætor.

M
 boris
 nici p
 perfec
 ribus
 conv
 tres
 mo l
 æque
 occup
 anni
 fulem
 intull
 ximis
 diunt
 me al
 & cre
 perfici
 bellun
 quaqu
 aut n
 (2)